LAMSPRING

Joachimsthal/Böhmen (?), 1607 Seite 30r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8164
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Vicinore sylvula
En nidus est repertus,
In quo suos pullos habet
Hermetis ales ambos.
Vnus volatu tollitur
Manere gaudet alter,
Alterque servat alterum,
Imus tenet supremum,
Nido simul manent, domo
Vt coniuges in una
Connubiali foedere
Arctissime ligati.
Testamur inde gaudium
Omni die locoque:
Hai foeminam quod alitem
Tenemus arte captam
Ergo Deum, rerum patrem
Vt hoc beet, precamur.